Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



IOB

entes insitarent eum et consolarent
Cumque eleuassent procul oculos
suos non cognouerunt eum et exclama
ntes ploraunt scissisque uestimentis
suis sparserunt puluerem super capi
suum in celum et sederunt cum eo in
terra septem diebus et septem noc
tibus et nemo loquebatur ei uerbum
uidebant enim dolorem uehementem.
Post hec aperuit III
Iob os suum et maledixit die
i suo et locutus est. Pereat
dies in qua natus sum et nox in qua
dictum est conceptus est homo. Dies
ille uertatur in tenebras non requirat
eum deus desuper. non sit in recordatione
et non illustretur lumine obscurent
eum tenebre et umbra mortis occupet
eum caligo et uiuoluatur amaritu
dine. Noctem illam tenebrosis turbo
possideat et non computetur in diebus
anni nec numeretur in mensibus
Sit nox illa solitaria nec laude dig
maledicant illi qui maledicant diei
qui parati sunt suscitare leuiathan.
Obtenebrentur stelle caliginis eius
expectet lucem et non uideat uel ortum
surgentis aurore quia non conclusit
hostia uentris qui portauit me nec
abstulit mala ab oculis meis. quare
non in uulua mortuus sum. egressus
ex utero non statim peri. quare exceptus
genibus. Cur lactatus sum uberibus
mitem enim dormiens silerem et sompno
meo requescerem cum regibus et consu
libus terre. qui edificant sibi solitu
dines. aut cum principibus qui po
sident aurum et replent domos suas
argento. aut sicut abortiuum abscon
ditum non subsistem. uel qui conceptu
non uiderunt lucem. Ibi impii cessa
uerunt a tumultu et ibi requiuerunt fe
ssi robore et quondam uinci pariter
sine molestia non audierunt uo
cem exactoris pius et magnus ibi
sunt et seruus liber a domino suo.
Quare data est misero lux et uita his
qui in amaritudine animi sunt qui
expectant mortem et non uenit quasi
effodientes thesaurum gaudent ue
hementer cum inuenerint
uiro cuius est abscondita uita et cui
credit eum deus tenebris. Antequam comedam suspiro et quasi inundantes ag
sit rugitus meus. quia timor quem
timebam euenit mihi et quod uere
bar accidit. Nonne dissimulauit non
silui et iam quieui et uenit super me in
dignatio tua domine. IIII
Respondens autem eliphaz the
manites dixit. Si cepimus
loqui tibi forsan molestum ac
cipies sed conceptum sermonem te
nere quis potest. ecce docuisti multos
et manus lassas roborasti. uacillantes
confirmauit sermones tui et genua
trementia confortasti. Nunc autem
uenit super te plaga et defecisti. tetigit
te et conturbatus es. timor tuus. fortitudo tua et patientia tua et pfectio uiarum
tuarum. Recordare obsecro te quis in
quam innocens perit. aut quando recti dele
ti sunt. quin potius iniquitates qui ope
rant inquitatem et seminant dolores
et metunt eos flante deo perisse et
spiritu ire eius ee consumptos. Rugitus
leonis et uox leene et dentes catuli
rum leonum contriti sunt. tigris pe